Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ma th v.

21

angariauerit mille passus. uade cum illo alia duo. Qui petit a te. da ei. Et uolenti mutuari a te. ne auertaris. Audistis quia dictum est. diliges proximum tuum. & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uros. benefacite his qui oderunt uos. Et orate p persequentib; & calumniantibus uos. ut sitis filii patris uri qui in celis est. Qui solem suum oriri facit sup bonos & malos. & pluit sup iustos & iniustos.

Si enim diligatis eos qui uos diligunt. quam mercedem habebitis. Nonne & publicani hoc faciunt. Et si saluaueritis fratres uros tantum. quid amplius facitis. Nonne & ethnici hoc faciunt. Estote ergo uos perfecti. sicut & pater ur celestis perfectus est.

Adtendite ne iustitiam uram faciatis coram hominib;. ut uideamini a eis. Alioquin. mercedem non habebitis apud patrem

m. xl. v. l. ln.

m. xl. v. l. ln

m. xl. ii. x. s o l.